MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE

Klosterneuburg, um 1300/1460 Seite 150v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uenire concedas. P. com. Repleti domine be
nedictione celesti suppliciter imploramus.
ut quod fragili celebramus officio. sanctorum
archangelorum nobis prodesse sentiamus
auxilio. P. feria quinta de karitate oro.
Omnipotens sempiterne deus. qui iusticiam
tue legis in cordibus credentium di
gito tuo scribis. da nobis fidei.
spei. et caritatis augmentum. et ut mereamur
assequi quod promittis. fac nos amare
quod precipis. P. sec. Mitte quesumus domine spiritum
sanctum. qui et hec munera presentia nostra tuum
nobis efficiat sacramentum. et ad hoc percipiendum
corda nostra purificet. P. eiusdem.
Spiritum nobis domine tue caritatis in com.
funde. ut quos uno celesti pane saciasti.
tua facias pietate concordes. P. eiusdem.
Deus qui unigeniti feria. vi. de s. cruce.
geniti filii tui precioso sanguine
uiuifice crucis uexillum sanctificare
uoluisti. concede quesumus. nos qui eiusdem sancte